



**Eminentissimi Ac Reverendissimi Domini, D. Joannis Baptistæ, Cardinalis De Luca, Theatrum Veritatis Et Justitiæ, Sive Decisivi Discursus**

Ad Veritatem Editi In Forensibus Controversiis, Canonicis & Civilibus, in quibus in Urbe Advocatus, pro una partium scripsit, vel Consultus respondit ; Cum Indicibus Argumentorum, Causarum ac Rerum luculentissimis. Opus Tam Judicibus, Quam Causarum Patronis, atque omnibus in utroque Foro ...

De Legatis, De Successionibus Ab Intestato, De Renvnciationibus

**Luca, Giovanni Battista de**

**Coloniae Agrippinae, 1690**

Disc. XV. Fanen. successionis. De Statuto Fani excludente matrem ob agnatos transversales, an procedat favore patris, vel avi paterni. De materia text. in l. fi infanti Cod. de jare deliber. favore ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74076](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-74076)

- 4 Idem in renunciatione.
- 5 Testamentum facit cessare Statutum.
- 6 Contrarium eius de quo num. 2. in hoc Statuto.
- 7 Contrarium eius de quo num. 3. est verius
- 8 De differentia inter exclusionem Statuti, & illam ex renunciatione.
- 9 Declaratur conclusio de qua num. 5.

## DISCURSUS XIV.

**SUPERSTITIBUS** ex Catharina Iosepho filio, ac duobus nepotibus masculis ex Francisca filia prædefuncta; Cum mater, Iosepho hærede instituto, quædam bona iure particularis institutionis pro omni, & toto eo, quod ratione legitimæ seu aliâs prætendi posset, reliquisset dictis nepotibus, isti autem avia iudicio non acquiescentes, iudicium coram A. C. super legitimæ supplemento instituerint contra avunculum; Hinc assumpta disputatione, Ioseph, (me pro eo scribente, sententiam absolutivam cum iustitiæ fundamento reportavit cui puto quod actores acquieverint, dum amplius de causa actum non audiui.

Tria verò erant eorumdem A&orum fundamenta pro evitando statutariam dispositionem, qua cessante de plano eorum intentio ad limites iuris communis fundata remanebat pro legitimæ supplemento; Primo nempe quod cum Statutum excludat feminas propter dotem, ista discretivè debita esset de qualibet successione iuxta decisiones 390. & 429. Merlini repetit. dec. 247. par. 5. rec. & dec. 329. par. 6.; Secundo quod cum prædefuncta matre, ipsi nepotes non iure representationis, sed subingressione primum gradum iure proprio occuparent, materna exclusio eis obtinere non deberet, deducendo ad id probandum ea, quæ pro ratione dubitandi habentur deducta per Rotam decis. 405. n. 2. cum seqq. par. 5. rec. ac etiam conclusivam, de qua sub tit. de renunciat. præsertim disc. 15. ut scilicet renunciatio matris prædefunctæ non impediat successione nepotum ex persona propria in bonis avi, vel avunculi; Et tertio in idem, quod ubi etiam Statutum intraret, attamen illud utpotè operativum ab intestato, cessaret in casu testamenti; per quod abas cum dicta speciali mentione legitimæ eos sicuti restituerat iuxta firmata per Gab. conf. 190. num. 8. & 9. Rot. decis. 266. par. 1. divers. in Romana legitima 5. Decembris 1659. coram Priolo impress. post Michalor. de fratr. dec. 60. & in alijs insinuat sub tit. de legitima, & detract. ac etiam in alijs hoc eod. tit.

His tamen non obstantibus, (cum sensu etiam veritatis, qualem Iudex quoque agnovit), contrarium dicebam probabilius, dictaque fundamenta singulariter expendendo; Quatenus pertinet ad primum, illud ferè nullam disputationem exegit, quoniam quidquid sit de conclusione firmata in allegatis decisionibus Merlini, de qua præsertim in *Sutrina & Nepefina disc. 3.* In specialibus terminis istius Statuti Interamnenfis, ex eius tenore, *Rota* usque ab anno 1606. in *Interamnen de Paradisis coram Panphilio.* (qui postmodum fuit Pontifex Innocentius X) firmavit, quod unica dotatio sufficeret ab exclusionem omnium; Idemque firmatum fuit de anno 1649. in *alia Interamnen. coram Cerro impress. decis. 329. par. 10. rec. & repetit. dec. 202. post Merlin. de legitima*, adeo ut super hoc non videatur amplius cadere dubitatio.

Alterum fundamentum pariter de facili sublatum fuit ex plene firmatis per *Rotam dicta decis. 405. par. 5. rec.*, quæ in hoc articulo est magistralis

utpotè solida deducens fundamenta, deducta etiam per *Surd. conf. 85.*, & alios ibi relato, ob rem congruam, & probabilem rationem, ubi quoque hoc eodem titulo infirmatum præsertim de *Florentina disc. 8.* quod ubi excluditur causa, magis to magis excludi debet causatum, ideoque infecta primitiva, infecta quoque remanere debet deirrogantur per medium eorum matris, utique habito illo medio pro impertinente seu extraneo, nulla remanet coniunctio ex defectu extremorum; Et consequenter proflus improprium est, ut excluda remanere debeat filia primi gradus, si viveret, & inclusi remaneant remotiores contra omnem iuris scripti, ac naturalis rationem.

Neque dicta conclusio in materia renunciationis ad rem adaptabilis est, ob notabilem differentie rationem inter unum casum, & alterum; Ubi enim agitur de exclusionem feminæ ob renunciationem, tunc illa supponitur capax, & habilitas ad successione, à qua solum ex eius voluntate recedit se extraneam, eo modo quo faciat ille, qui sibi debeat successione agnoscere nolit, idcirco non tollit vinculum sanguinis, atque pertinetiam, scilicet habilitatem medijs, ob quod ipsius feminæ remaneant sui, vel habiles, tanquam ex cessante illo accidentali impedimento personali, quod ipse renunciantium solum obtinuit; Non sicutem in casu Statuti, quoniam istud recedit illud medium impertinens, vel extraneum, & consequenter cessat habilitas extremorum seu cessat habilitas illius medijs naturalis, ob quod nepos avo, vel patruo, seu avunculo coniungatur; Itaque est potissima ratio, ultra plures alias ponderatas apud *Surd. dicta conf. 85. & per Rot. dicta decis. 405. p. 5. recen. ubi concordantes.*

Ad tertium demum obiectum, deducendam eandem responsionem, de qua pluries in præcedentibus præsertim *disc. 6. & dicto tit. de legitima. & detract. disc. 4.* Quod scilicet, tunc testamentaria dispositio statutariam cellare facit, quando inter utramque incompatibilitas urgeat, idcirco pateat, de morientis voluntate recedendi à Statuto, atque sicuti, vel sanguini restituenti eam personam, quam Statutum extraneam efficit; Secus autem, ubi idem moriens, Statuto voluntatem accommodando, atque ad eius limites disponendo, aliquam benevolentiam exercere voluit cum persona exclusâ, cum nunquam actus meret voluntarij ultra ipsam voluntatem operari valeat; Illaque semper mihi visa est una ex Legistarum interpretibus, ex huiusmodi dispositionibus deducendi effectum oppositum disponentium voluntati, quod nil abutendi, ut advertitur, *d. tit. de Legi. & detract.*

FANEN.  
SUCCESSIONIS

PRO

ALEXANDRO MARIOTTO  
CUM

ANNA BARTOLELLA

Casus variè decisus per Rotam, vincta

De Statuto Fani excludente matrem obagnatos transveriales, an procedat favore patris, vel avi paterni.

De

De materia tex. in l. si infanti C. de iur. deliber. fa vore patris, ut bona filij occupet iure peculij, an hodie locum habeat.  
Et de materia transmissionis successione non agnita delata ex iure communi, vel statuto.

## S U M M A R I U M.

1. *Acti series.*
2. *Resolutiones causa.*
3. *De punctis, vel inspectionibus disputatis.*
4. *Quod hodie filius familias habeat heredem, & pater non occupet bona iure peculij, sed veniat iure successorio in concursu.*
5. *Statuta strictè, & in verbis intelligi debent prohibita extensione.*
6. *Quomodo debeant se gerere Advocati, & quando liceat colere motum minus solida.*
7. *Potentior est causa, quam casus, ideoque statutum, quod excludit matrem vel alios ob transversales, fortius præcedit ob patrem, vel avum.*
8. *Ubi Statutum expressam habet rationem, ista prævalent verbis.*
9. *De propositionibus tendentibus in idem super interpretatione Statutorum.*
10. *Quod voluntas statuentis vel alius disponentis, regulanda sit iuxta opinionem, quam ipse habebat, vel tunc vigeat.*
11. *Quare hoc Statutum non faciat mentionem de patre, vel avo.*
12. *Interpretatio faciendæ est iuxta sensum prudentium, & rationalium.*
13. *De aditione hereditatis maternæ ob retentionem dotium à patre.*
14. *Statutum non excludit feminam nisi à successione dotantis.*
15. *Potest masculinus non uti Statuto exclusivo, ideoque requiritur ut constet de animo vventis.*
16. *De questione transmissionis successione statutaria, distinguuntur plures casus, an intret, necne.*
17. *De altera questione transmissionis hereditatis non adite de iure communi.*
18. *Quid ad hunc effectum operetur Statutum excludens matrem.*

## DISCURSUS XV.

Defuncta Lavinia uxore Francisci ab intestato, superstitibus Io: Andrea, Victoria, & Mari: filijs, obiit postmodum Ioannes Andreas, superstiti Andrea filio infante, quo in pupillari ætate defuncto; Cum Statutum Civitatis Fani Rubrica 66. excludat matrem propter fratrem, patruum, patrualem, & alios ibi expressos ex latere paterno approximantes; Hinc super eius successione, (que in toto, vel maiori parte in dote dictæ Lavinie consistebat), orta controversia inter Annam pupillam matrem, & Franciscum avum paternum, introductaque causa in Rota coram Albergato sub diebus 6. Aprilis 1663. & 23. Ianuarij 1664. 26. Iunij 1665. & 15. Martij 1666. pro Anna matre prodierunt resolutiones, à quibus sub die 11. Februarij 1669. respectu bonorum dictæ Lavinie tantum, recessum fuit, eis firmis remanentibus in alijs bonis, atque resolutum pro Francisco avo, seu Andrea representante eius iura, ac etiã prædictarum Victorie, & Mariæ, atque in hoc statu causa adhuc pendet.  
*Card. de Luca P. 2. De Success.*

In his autem disputationibus tres fuerunt puncti; Primò scilicet, an ad favorem avi paterni, in cuius potestate pupillus erat, intraret dispositio textus in l. si infanti. C. de bon. qua liber., ut omnia iure peculij occuparet, ex eo quod existens in aliena potestate, hæredem non haberet; Secundò quatenus id non subsisteret, an eidem avo suffragaretur Statutum matris exclusivum; Et tertio quatenus non ex persona dictarum Victorie, & Mariæ filiarum Lavinie detrahi posset materna dos, quæ in dicti pupilli, vel Io: Andreæ eius patris hereditate non veniret, dum de aditione hereditatis dictæ Lavinie non constabat, ideoque hereditas non adita ad præfatam Annam extraneam transmitti non potuerit.

Primum motivum quod ab alijs, antequam ego ad causæ defensionem assumptus essem, excitatum fuit, meritò reiectum semper fuit, adeò ut ego scribens pro eodem avo, seu ab eo causam habente, illud semper neglexerim, quoniam quidquid ex dispositione dicti textus in l. si infanti teneant plures relati per Gab. de Anna consil. 1., & alios de quibus infra, omnino verior, magisque recepta est contraria opinio, ut iste textus correctus remaneat per ius novissimum, introductivum peculij adventitij, contra distincti à profectio, per quam introductionem, filius familias in adventitijs, patriæ potestatis defectu non obstante, est capax dominij, ac hæredem, & hereditatem habet, ideoque in eius successione servatur ordo præscriptus à novissimo iure Authentiorum, nulla patriæ potestatis ratione habita, adeò ut pater, vel respectivè avus, si morientem habeat in potestate, vineatur per eiusdem morientis filios, vel parentes magis proximos, & consequenter, ut avus vineatur per matrem, ac etiam pater concursum eiusdem matris, & fratrum utrinque pati teneatur ex relatis per Apont. & Martam infra allegan. Fab. de Ann. consil. 1. & per alios.

Quo verò ad secundum punctum iuris statutarii, Rota processit cum vulgari regula textus in l. commodissime ff. de liberis & posthum. ut Statuta iuris correctoria, atque ab eius dispositione exorbitantia tanquam odiosa strictissime intelligenda sint in solis personis, & casibus ibi expressis, atque, (ut nostri dicunt) in ijs, quæ oculis corporeis legi possunt; In omnis autem intret dispositio iuris communi, nullatenus admittitur extensione de casu ad casum, ac de persona ad personam, quamvis rationis identitas vel majoritas accederet, iuxta firmata per Alex. consil. 97. num. 9. lib. 2. Dec. consil. 688. num. 2. Onded. consil. 95. num. 65. lib. 1. Gionagn. consil. 66. num. 19. lib. 1. Rot. apud Scraph. dec. 496. num. 2. dec. 329. num. 12. par. 6. rec. & in alijs, quæ in decisionibus habentur.

Quamvis autem, ex tertio motivo, de quo infra per ultimam resolutionem 11. Februarij 1669., ex hac parte victoria reportata fuit, atque ita præcedentes resolutiones super dispositione statutaria inanes remanserunt, prudentisque consilium sit Advocatorum, in hærendo vestigijs Iudicum, proponere motiva, quæ ijs magis placent, quamvis ipsis Advocatis parum fundata videantur, quoties ex alijs credant iustitiam fovere, ut pluries in sinuatur præsertim in casu de quo sub rit. de feud. disc. 11. iuxta vulgare dicitur, habeatur interitum, & non curetur de modo; Attamen dictæ resolutiones non placuerunt, nimiamque displicuit quod in hac parte firmæ remaneret; Non quidem ex motivo affectionis causæ, vel clientis, qui ita obtinebat intentum, sed ex altero motivo iustitiæ

pro casibus futuris, cum id pro meo iudicio, ad solam veritatem reflectendo, omnino improbabile videretur, ut etiam aliquibus ex Iudicibus videbatur, quorum tamen votum non prevaluit.

Contrarium etenim verius videbatur, ut statutaria dispositio intraret, ex ea viva, & convincenti ratione, de qua disc. preced. quod omne ius, semper potentius est in causa, quam in causato, ac etiam ex alia regula *Si vinco vincenrem re* &c. idcoque si frater, patruus, & patruelis à patre, vel avo respectivè geniti gradu remotiores, atque in iure successorio longè minus ius habentes, excludunt matrem, multò magis eam excludere debent pater, avus ut ex his rationibus firmant in specie *Castr. conf. 175. num. 3. vers. tunc ad parrem lib. 1. Abb. conf. 73. num. 6. vers. non enim est lib. 1.*, qui agunt de consimili Statuto Senen *Dec. conf. 332. num. 3. in fin. Gabr. conf. 14. num. 32. & conf. 15. nu. 2. lib. 1. Brun. de Statut. artic. 12. quest. 15. sub num. 198. vers. & hanc opinionem, & quest. 16. sub num. 216. vers. secundus casus, Phanur. de Statut. num. 183. & seq. Mart. Medic. decis. 77. num. 21.*

Clarius verò ubi ratio agnationis, quæ in huiusmodi Statutis, quamvis non explicata implicite adesse dicitur, in eo expressa sit, ut in presenti, cum tunc casus nullum dubium habere videatur, ut in specie advertit *Castr. ubi supra*; Atque ad evidentiâ comprobare videtur ipse naturalis cursus; Vbi etenim Statutum expressam habere causam, seu rationem, tunc ista principaliter attendenda est, non curato cortice verborum, Eo modo, quo attenditur anima in corpore, cum tunc non dicatur extensio, sed intentio, seu enucleatio eius, quod iam sub ratione inest, quamvis apparet lateat, ex ijs, quæ cæteris relatis habentur apud *Mascard. de Statutorum interpretat. conclus. 4. nu. 167. cum seqq.*

Ad quod conferre dicebam pluries enunciata propositionem, Iudicantibus, & Consulentibus principaliter, ac perpetuò præ oculis habendam, ut non cortex, & figura verborum, sed substantia veritatis, seu verisimilis voluntatis disponentis attendi debeat, cum etiam in Statutis procedatur eo modo, quo in testamentis, alijsque morientium, seu viventium dispositionibus proceditur; Ac etiam quia, ut pluries insinuat præsertim latius, ac particulariter in *Perusina disc. 1.*, pro meo sensu, prolixum erroneum est assumptum, ut hæc Statuta iuris correctoria, & exorbitantia dicenda veniant, quoties conservatori bonorum in agnatione prospiciant, utpotè regionis usui, nostrisque moribus magis adaptata.

Quia verò per Scribentes in contrarium, ac etiam in decisionibus, magnum constituebatur fundamentum in eo, quod Statutum, patris, vel avi nullam faciat mentionem, nec in parte dispositiva, neque saltem in conditionali, ut facit Statutum Senen. de quo agunt *Abb. & Castr. ubi supra*, quodque ab eodem Statuto disponatur, ut in casibus omissis servari debeat ius commune.

Hinc proinde adhibendo eam genialem partem ratiocinativam, quæ tamen ineptis pragmaticis addo exosa est, advertebam quod, ut pluries habetur *sub tit. de fideicommissis*, & alibi; Ad regulandam, vel interpretandam aliquam dispositionem, attendendum est quid verisimiliter disponens crediderit, vel opinatus sit, quamvis eius opinio, vel credulitas erronea sit, undè propterea habemus, quod ad regulandam transactionem, an ex iusta causa, & cum probabili dubietate sequuta sit, attendi debet illa opinio, quæ tunc retinebatur, quamvis

deinde illa reprobata fuerit, passimque de præteriti contraria retineatur, ut apud *Orthob. decis. 28. ex num. 11.*, & advertitur præsertim in casu de quo *sub tit. de fideicommissis disc. 173.* cum similibus

Cum igitur, attento iure antiquo, & medio *Digestorum, & Codicis*, filius familias non haberet heredem, sed omnia, pater, vel avus occuparet iure peculij, atque ulque ad ius novissimum *Antheiticorum* sub ipso *Instituta* conditum mater in successione filij extranea reputata in concursu patris, vel avi ad textum *in l. 2. §. si pater ff. ad Terulian. §. sed & filia, & §. pater veri ius in eodem*, cum concordantibus bene præsertim ponderatis *Barbof. in l. que dotis num. 67. & 68. ff. de mat. matrim.*. Quinimò non desunt volentes, ut etiam hodie, dicto novissimo iure non obstante, infantis successio non detur, sed omnia pater, vel avus occupet iure peculij, dum contraria opinio, de qua supra magis recepta est ex sententia modernorum, qui materiam magis explanantur; Hæc proinde nimium probabilè videtur, quod statuentes ijs antiquis temporibus legum civilium proximis, quando illæ adeo (ut de præteriti) explanatæ non erant, cum isto sensu, istaque credulitate procefferint, ut, si existentibus patre, vel avo, opus non esset ita statueri super exclusionem matris in successione filij, dum ille successio casus non daretur, cum aliâ nulla probabilis ratio laudare valeat, cur statuentes ob remotiores agnatos matrem excludere voluerint, atque patrem, vel avum, quorum in iure antiquo, & novo, longe melior causa erat, ita negligere.

Si enim in testamentis, & contractibus alijsque humanis dispositionibus habemus, quod oportet interpretationem facere eo modo, quo viri legentes, ac rationales interpretarentur, cum disponentes præsupponendi non sint homines bestiales, ac irrationabiles, multò magis id dicendum est in *Legislatoribus*, & ideoque huiusmodi improbabiles, ac legulei rigores, qui in ista statutoria materia adhiberi solent, perpetuò tantum mihi fecerunt, ubi præsertim humana ratio, atque communis usus regionis in contrarium urget; Potissimè autem ubi ius statutarium non incommòdè novum, sed importet reversionem ad ius antiquum, cum quo ista regio vivebat de temporibus, quo Romanum Imperium in Italia sedem habebat, ita corrigendo, seu verius declarando illud non acceptandi ius novissimum in Græcorum, quod illis ad vertere consuevi, pro adulatione, quæ sagacissimus Tribonianus facere voluit erga legem muliebrem in gratiam Theodoræ dominantis, & quæ in sensu Historicorum magis, quam in Iuristarum imperabat.

Quo verò ad tertium punctum relictum ad hereditatem Laviniæ ultimi morientis avie, illas tres habeat inspectiones; Unam scilicet potius facti, quam iuris, an constaret, quod Io. Andreas filius maternam hereditatem adivisset, & quinimò de expressa aditione non constaret, an extorsisset ex retentione dotium facta per dictum Franciscum virum, ac patrem respectivè; Altera erant super tertia portione, quæ secluso Statuto ad limites iuris communis novissimi ad dictum Io. Andream, & successivè ad Andream eius filium spectabat aliè ad dictas Victoriam, & Mariam filias feminas; Et tertio super istarum feminarum portionibus præfato Io. Andream masculo debitis etiam d. Statuto feminarum exclusivo propter masculos Super prima inspectione, cum de explicita aditione

De L. U. C.  
de  
Testamentis  
et c.  
C. VI  
9

additione non constaret, undè propterea punctus restringeretur ad alteram additionem resultantem à retentione dotium facta per patrem, & virum respectivè, deducebantur eadem, quæ habentur deducta sub tit. de hered. & heredit. disc. 13. pro additionis exclusione, dum actus retentionis ad ius, vel titulum proprium ipsius viri referri poterat; Alijs etiam facti circumstantijs concurrentibus, quæ nimium pro ista exclusione cooperabantur.

Quoverò ad tertiam inspectionem super transmissione dictarum duarum portionum de iure ad feminas pertinentium, & quæ in vim Statuti exclusivi masculo delatae erant, ultima decisio huic parti favorabilis, principale fundamentum constituitur videtur in eo, quod statutaria dispositio non intraret, cum ea intelligenda veniat quoad solam successionem dotantis, & quatenus femina dotata sit ab eo, de cuius hereditate agitur, juxta firmata decis. 175. & 179. post Merlin. de legit. & habetur supra disc. 3. & in alijs; Verùm istud fundamentum mihi debile videbatur ex eisdem considerationibus, de quibus d. disc. 3.

Solidius autem erat alterum motivum, quod cum Statutaria exclusio pendeat ab animo masculi, qui potest nolle hoc beneficio uti, atque feminas quamvis exclusas admittit ad æqualem successionem iuxta terminos iuris communis, ut decis. 146. num. 6. & 7. par. 10. rec. & in Vrbinaten. successionis 28. Junij 1647. coram Bichio inter suas decis. 320. num. 32. Ortbobon. decis. 173. num. 24. in quibus concordantes, idcirco requiritur talis additio per actum positivum, ut per eam declararetur animus utendi hoc Statuto ex relatis per Alrograd. cons. 82. numer. 27. lib. 1. cum alijs, de quibus infra.

Dieta verò declaratione non accedente, undè propterea inter inspectio transmissionis; Advertebam quod licet Moderni pro consuetu itylo, unum casum cum altero confundendo, materiam involvere videantur, attamen tres casus distinguendi veniunt, cum quorù distinctione, congrua congruis applicando, benè conciliantur ea, quæ invicem pugnant videantur.

Primus enim casus est, ubi ex masculo, cui Statutum in successione adversus feminas prælationem concedit, super sit alter æque masculus, undè propterea vigeat eadem ratio exclusionis, atque verificetur utrumque extremum à quo, & ad quod ob eandem qualitatem æque militentem in transmittente, ac in transmissario, & tunc concors videtur opinio pro transmissione.

Alter casus est, ubi ex masculo supersunt etiam hæredes sanguinis, sed diversæ qualitatis, quia nempe filia, vel nepes feminae, & tunc intrat maior difficultas ob varietatem opinionum quarum una tribuitur Cyno, & altera Salyceto, juxta casum disputatum apud Franch. decis. 32. ubi modernus additionator de Luca, plura colligit super utriusque opinionis sectatoribus, magisque fortè recepta videtur opinio pro transmissione, dum urget ratio sanguinis, ac sinitatis ex ijs, quæ in terminis fortioribus successionis feudalis habentur sub titulo de feud. disc. 13.; Verùm de hoc formiter agere non oportuit, cum non verfaremur in casu, ideoque desuper nullum iudicium efformari potuit.

Tertius demum est casus, ubi masculus decedat superstiti hærede, qui extraneus sit ei, de cuius successione agitur, & tunc licet non desint tenentes partes transmissarii, ex deductis apud Surr. dec. 138. & Grat. in addit. ad dec. 213.; Attamen magis Card. de Luca P. 2. De Success.

communis, ac rationabilis videtur contraria opinio ex relatis per Alrogr. d. cons. 82. num. 16. & seq. lib. 1. Borriglier. de success. theor. 2. num. 44. & seq. Ciroch. contr. 42. n. 26. cum seq. atque ientire vila est Rota apud Cavaler. decis. 504. num. 10. & in dicta Vrbinaten. coram Bichio inter suas decis. 320. in fine; Ita que opinio videtur omninò probabilior, neglecta præsertim dicta decis. 138. Surdi, quæ in eius casu ob aliquas circumstantias à probabilitate aliena non videtur, dum commodum transmissionis redundabat ad favorem agnatorum, & deoq; verificabatur Statuti ratio, sive implebatur eius finis, sed ista circumstantia cessante, nulla superpetere videtur congrua ratio cui hæc opinio innitatur, ideoque dicebam quod decisio est bona, sed mala est ratio per Extensorem assignata.

Quare maior difficultates residere videbatur in tertia portione, quæ ad limites iuris communis masculo debeatur ex persona propria; Circa quam advertebam quod quidquid sit de terminis generalibus transmissionis, quando ista sit unica, à primo scilicet transmittente in primum transmissarium, super quo multa habentur deducta in d. decis. 173. Bichij, quæ videtur in materia magistralis; In hærendo commendabili Curie stylo, immorandi strictè super puncto præcisæ controversiæ, quatenus scilicet primus hæres non agnita successione, eam transmittat in eius filium, qui deinde infans, seu alius decedat, undè intret questio secundæ transmissionis ad eius matrem, quæ morienti, de cuius successione agitur, extranea est, superstiti avo paterno iuxta materiæ text. in dicta s. infanti.

Et tunc licet Aponz. consil. 19. cum cuius auctoritate simpliciter non examinata materia, neque habita notitia contrariæ decisionis, pertransit Marra de succession. part. 1. quest. 24. artic. 4. num. 2. cum seq. & decis. 21. teneat pro matre; Attamen in eodem individuo casu, in quo scripsit Aponz., in oppositum magisque nervosè scripsit Fab. de Anna cons. 1. qui consil. 2. testatur ita fuisse decisum; Ideoque rectè intrat propositio Franch. decis. 260. num. 5. quod ubi allegantur Consilia, oportet videre decisiones; Atque, quidquid sit de puncto iuris in abstracto, & in ratione disputativa, ista videtur longè æquior, juxta Tribunalia procedere consueverunt contra transmissionem, contra quam etiam decisum fuit apud Theaur. decis. 88. & per Rotam in d. dec. 320. Bichij, quoniam ubi cessat motivum æquitatis, nullatenus hæc aspera opinio pro transmissione recipienda est, ut potè fundata in quodam irrationabili legaleico rigore, ut latè prosequitur Alrograd. cons. 82. & 82. lib. 1. & conferunt deducta per Alrogr. jun. controvers. 13. numer. penult. quoniam esset dare fictionem fictionis cum repugnantia æquitatis; Licet enim fallax dignoscatur fundamentum deductum ex dicta s. infanti, cui plures innituntur; Attamen Aliud est ut filius familias habeat heredem, atque in eius hereditate attendatur ordo successorius; Aliud verò an intret hæc transmissio, ubi æquitas repugnet.

Erquamvis urgere videretur decisio Rotæ in Hortana successionis 5. Novembris 1601. coram Pampilio, in qua pro transmissione ad favorem matris contra patrem responsum fuit, & quæ decisio majorem in hoc proposito difficultatem inferebat; Attamen ea particularem habebat circumstantiam, ob quam probabilis dici potest, quod scilicet de culpa redargui poterat pater tanquàm legitimus administrator filij, quod fraudulenter hereditatis additionem non fecerit, ut facere tenebatur;

Id autem in presenti dici non poterat, dum Jo. Andreas filius per plures annos ætate major, uxoratus, ac Juris utriusque Doctor supervixerat, & quamvis non in formali statu patrisfamilias, in ejus tamen figura.

Clarius autem combinando dictam statutariam dispositionem, ob quam dicebam omnino de plano intrare, ac recipiendam esse opinionem, de qua *Fab. de Ann. d. conf. 1. & 2.* cum aliis allegatis cum ita constaret quod causa matris non esset ita favorabilis, ut esset, attenda sola juris communis dispositione, in cujus terminis hinc inde allegati loquuntur, quodque propterea Statutum, ad hunc effectum nimium considerabile, ac operativum esset; Ideoque licet de stricto juris rigore fallaciam contineret dictum argumentum duplicis transmissionis nimium ponderatum apud *Fab. de Ann. d. conf. 1.*, quod scilicet ita esset dare transmissionem transmissionis, dum data etiam non agnitione Joannis Andreæ filii, per istius mortem nepos effectus est primus; Attamen æquitas, ac statutaria dispositio hunc rigorem omnino suffocare debent, ac propterea probabilis visa est resolutio.

Verum in meo sensu ea in totum debuisset effectus ad formam Statuti, quoniam, ut supra, omnino improbabilis videtur intellectus illi datus.

attendenda debeat, & qui dicuntur de eadem linea.

- 9 Statutum exclusivum intelligitur data gradu aequalitate.
- 10 De representatione, vel subingressione, po. de re ad hunc effectum.
- 11 Expenditur decisio in Romana successione de Girona coram Robulterio, & deonica, vel duplici fictione.
- 12 De eodem, & quare illa nunquam controversa fuerit.
- 13 Expenduntur auctoritates in ea deducta circa representationem.
- 14 De eodem, & de differentiâ casuum.
- 15 De auctoritate Consulentiū sup. citata.
- 16 Nepos ex fratre primogenito excludit patrum in primogenituris, & feudis maritandis.
- 17 Quid in successione dicitur.
- 18 De favorabili, vel odiosa intelligentia Statutorum.
- 19 De casu mixto, qui faciat cessare Statutum in totum.
- 20 & 21 De eodem.
- 22 Ponderatur ratio an persona omnia, qua facit cessare Statutum, & inducit mixtum an sit etiam femina collateralis.

## DISCURSUS XVI.

## VITERBIEN.

HEREDITATIS

PRO

CARDINALI GUALTERIO

CUM

LAURENTIO CHISIO.

Casus decisus per Rotam ut infra, postea concordatus.

De Statuto Viterbii excludente foeminas propter masculos, & cognatos propter agnatos, an procedat solum data gradus æqualitate, & an ista admittatur sicut ratione representationis, vel subingressione; Et de casu mixto faciente cessare Statutum, ob existentiam personæ non exclusæ.

Et si ficidenter de alio Statuto Viterbii, prohibente mulieri disponere extra filios.

## SYMMARIUM.

- 1 Acti series.
- 2 Resolutionis causa.
- 3 Renunciatio paternis, & maternis non capit fraternam.
- 4 De reciproca non attendenda de linea ad lineam.
- 5 De Statuto ut pater non possit disponere extra filios.
- 6 De motibus excludentibus Statutum exclusivum.
- 7 Quomodo debeant se gerere Advocati.
- 8 De linea masculina, cui data sit prælatio quomodo

Poggio Chisio ab intestato defuncto, superflibus, Francisco, & Laurentio ex altero Laurentio germano fratre nepotibus, Victoria germana locore, ac Hieronyma ex Ludovico altero fratre patris defuncto nepte; Contra Franciscum, & Laurentium possessores bonorum patrum, cum quo pro communi vivebant, iudicium super successione instituit Hieronyma ex fratre neptis; Et in ista causa in *Rota coram Buccibella sub die 27. Novembris 1638.* restricta disputatione ad bona extra territorium, ad favorem actricis prodijt resolutio, que habetur impressa *decis. 290. par. 3. recen.*, que reputatur magistralis super puncto, ut census circumscriptantur loco fundi censiti, quoties ibi delimita etiam sit solutio, ac etiam de locis montium; Assumptaque postea disputatione quoad bona etiam intra territorium *coram Rojas* subrogato, pariter pro actrice responsum fuit *sub die 26. Aprilis 1641. ut ex dec. 291. eadem par. 3. repetit. inter illas. Rotæ decis. 153.* neque respectu dictæ Hieronymæ, casu ulteriorem progressum habuit, quia forsan concordia ei finem dedit; Cumque ad causam admittit quoque fuisset Victoria foror, ejus favore quoque sub diebus 10. Junij 1639. & 19. Maji 1641. prodierunt resolutiones, que habentur inter illas *Rotæ decis. 66. & 206.* Postmodum vero causa diu illata, usquequò Cardinalis Gualterius heres institutus à Julio Gualterio Victoria præ defunctæ filio, causam reassumpsit *coram Taja* subrogato, datoque dubio super immisione ex interdicto quorum bonorum *sub die 2. Maji 1664.* affirmativa prodijt resolutio, que ansam dedit honestæ concordatæ licet terminanti.

In hac igitur ultima disputatione, in qua solum scripti pro Cardinali actore (cum de tempore precedentium adhuc scholaris essem in Neapolitano gymnasio,) tres fuerunt puncti, quævis non de omnibus agat decisio desuper edita; Primo in tempore super dictæ Victoriae renunciatione; Secundo super detractionibus, inter quas potissima erat illa bonorum maternorum, ob fideicommissum ab ipsa ordinatum; Et tertio Statuti exclusivi feminarum propter